



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

VIII. Qvomodo Itervm Claruit signis & miraculis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

uerſa flagello, redit ad archam denariū immiſſura, ſtatimq; miſericordia & veritas obuauerunt ſibi, nam manū quam dolus concluderat, veritas patefecit. Miſſo igitur nummo quo mitti debebat, gaudēs mulier alium obtulit ad alrare.

## QVOD PRO TEMPORE

*ceſſauit à ſignis.*

**Q**VM itaq; turba venerantium ſeruum Dei, diatim accreſceret, Monachus quidam **V**VOLF-**R**AMVS nomine, ſepulchri cuſtodix deputatus, ſuper illud ædificare propoſuit ædiculam cancellatā, p̄ quendā **B**ERCHTOLDVM nomine, carpētariū, qui homicidio perpetrato nondum **E**cceſiæ reconcilari meruerat, dictum opus incipiens conſumauit. Porro Dei famulus ſacrilegum in **E**cceſiam illius ingreſſum, & opera manuum cruentarum aſpernans, ſolita beneficia requirentes per annos aliquot deſtitit exaudire. Quod cum Fratres ſolertius perpendiſſent, ipſam ædiculam prudenti conſilio remouerunt. Sed non ſtatim finis, vt Dei ac ſui famuli dedignatio placaretur.

VII.

## QVOMODO ITERVM CLA-

*ruit ſignis & miraculis.*

**Q**UITVR quia non obliuiſcit miſereri, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, cū rogatur, aliquanto tēpore iam decurſo, anno **M. CC. vi. ceſimo quarto** **D**ominicæ incarnationis, ſtetit **P**hinees, & placuit, **B. ERM**OLDVS videlicet, vt auerteret iram eius, quem opus offenderat homicidæ. Quidam ergo **V**VALMANN<sup>o</sup> nomine ciuis **R**atiſponenſis à quodam **R**YBER-

VIII.



RVBERTO qui fratrum vestibus præerat, sibi familiari, familiariter requisivit, cuius sepulchrum hoc esset, quod in medio Monasterij cerneretur. Et audito quod primi Abbatís esset istius loci, & quod idem fuisset vitæ sanctissimæ, quodque in carne adhuc & post mortem miraculis clarississet, & ab his destitisset ad horam, ex causa qua nesciret. Dictas VVALTMANNVS illi RVBERTO, scito, inquit, quod in breui Dominus iterum eius merita declarabit. Vidi enim in visione me cum multis intrasse hanc Basilicam ad orandum, & ecce à parte capitis tumuli, arbor, vt videbatur, aurea tantæ magnitudinis succrescebat, vt latitudo ramorum ipsius cunctam repletet Ecclesiam, & extra ianuam insuper se protendens. Quo profecto protendebatur, quia q̄ olim dixit Dominus Domino meo vnigenito suo Christo passo in carne, hoc famulo suo similiter, etsi non sicut vox huiusmodi dilapsa ad eum magnifica gloria, ipso tamen effectu esset in breui dicturus, Et clarificaui & iterum clarificabo. Clarificaui videlicet degentem in carne vita insigni, transitu glorioso de mundo migrantem, virtutibus & miraculis iam defunctum, & iterum clarificabo in nouissima tuba, inter omnes electos, interim vero sequentibus signis, quæ pro negligentia & reatu quorundam pro tempore cessauerunt. Quod & rerum euentus in proximo declarauit.

DE PVERO COECO ILLUMINATO.

**S**IQUIDEM paucis diebus elapsis, vespere Sabbathi, cum post officium vespertinum, processio ante altare sanctæ CRUCIS solito ageretur, quidã aderat inter multos, qui puerum cæcum in brachijs depor-